

Viro Illustrissimo Constantino Hugenio, Julichemi

Domino S. P. D.

Joannes Georgius Graevius.

Nondum ex ephebis excesseram cum me Tibi devinxit summa Tua
 virtus et eruditio, cujus fama pervagata ultimas terras uno cum
 rum praeclarorum hominum ore celebrabatur. Cum vero per aetatem
 mihi ipsi licuit divina ingenii Tui monumenta evolvere, exarsit incredibili
 li Nomini Tui studio, ut nihil mihi esset optatius quam ut contemplari
 mihi daretur tanti animi, ex quo provenerant illi, qui omnium oculos
 & mentes tenent, foetus, domicilium, quod tacitus mecum propter
 tantum hospitem summopere venerabar. Hujus voti ubi tempor
 factus sum, & non solum auribus, sed & oculis mihi licuit usurpare,
 quod animo jam pridem eram complexus, tanta cumulatius est ac-
 cessione meus in Te amor & observantia, ut, cum ante in Te cu-
 lendo nemini concederem, quorum Tibi maxime dintissimeque
 spectata est fides, mihi ipse invisus essem, quod non satis viderer Te
 pro Tua in studiis optimarum artium sapientia, proque ingenii
 elegantia & suavitate, & in omni officiorum religione diligentia,
 colere & observare. Tu quoque qui perquam effusus in me fuisti
 omni humanitatis genere, ut plane mihi persuadeam me non nullo
 apud Te loco esse, effecisti ut dies noctesque cogitem, quo studio

& officio Tibi probare queam, quanti ducam hoc, quod mihi detulisti,
benevolentiae Tuae munus. Quod si fuero consecutus, omnia putabo
me consecutum esse. Pignoris loco interim mitto posthumum hunc librum
mei collegae. Nam arca mea nunc est exhausta, ut ab alio mutuandum
mihi fuerit. Si pax nos respexerit, & fuero superstes, spero non defu-
tura documenta, quibus declarare poterò, inter tot tuos clientes in
Te suspiciendo me principem mihi locum vindicare. Alterum exem-
plar Constantino filio Tuo, dignissimo paternae virtutis & dignitatis
haeredi destinavi, cum adiecta epistola, quam ut ad Eum curas, cum
prima occasio adfulserit, etiam atque etiam rogo. Vale Vir Illu-
strissime & me ama. Traiecti Botavorum a. d. XXIII Sextilis
MDLXXIV.

ri,
abo
um
edum
afu-
in
em-
tis
m
u-
s

